



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,  
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,  
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ  
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. IV. De Assessore, seu Consultore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](#)

90 quenter in gravibus causis civilibus prophanis, vel ecclesiasticis in Curia agi solet, cum in causis criminalibus frequentius de illo disputari contingat; Experiencia vero me docuit quod illud, calumniarum, ac subterfugiorum potius fomentum sit, ac justitiae præjudiciale; Illudque de facili certam non recipit regulam, cum pro tribunali, ac ditionum stylis, diversa esse soleat praxis; Occasione autem alicujus causæ criminalis civiliter super expensarum refectione, disputare occasio dedit, an scilicet privilegiatus ad eam teneatur quando foro electo, postmodum illud variat. *infra in eo dis. in quo agitur de expensarum refectione.*

91 Causarum beneficialium non omnes Romanæ curiæ judices, quamvis Ordinarii, cognitio nem habent, illorum etenim beneficiorum, quæ summam viginti quatuor ducatorum valorem excedant, causæ Rotæ committuntur; Aliorum vero, quæ dictam summam non excedant, Prælati per speciales commissiones committuntur; Ideoque licet A.C. causarum fori ecclesiastici cognitionem quoque habeat, atque sit literarum Apostolicarum generalis exequitor; Et præsertim causæ pensionum ecclesiasticarum coram eo agi soleant; Ac etiam illæ, quæ concerne nunc Apostolicarum Literarum exequitionem pro ipsorum beneficiorum possessione assequenda; In causis tamen verè beneficialibus, quæ discuntur tales ubi de titulo beneficii sit quæstio, non est competens, neque jurisdictionem habet adeo ut nulliter procedere dicatur. *eod. tit. de juri. dis. 8.4. & in ejus supplemento.* Ac etiam in causis matrimonialibus eurarum jurisdictio, vel competentia dubia est.

92 Non solet autem Romana Curia practicare, ut Judices, coram quibus de fori declinatoria opponatur, seipso positivè competentes, cum decreto declarant, sed implicitè id agunt, per processum ad ulteriora, denegando moderationem inhibitionis per eos alias concessæ, vel eam reintegrando, si alias moderata fuerit cum decreto remissionis causæ ad alium; Ideoque tribunal Signaturæ hujusmodi quæstiones, frequentius disputat, ac decidit.

93 De aliis autem, quæ judicis, vel fori competentiæ concernunt inferius de singulis judicis agendo, incidenter agi contingit; Et præsertim ubi diversitas judicis non variet judicem, vel forum, puta quia licet causa possessorii diversa sit a causa petitorii, adhuc tamen idem est forum, vel judex, qui non diversificatur, cum similibus.

94 Item in ista materia jurisdictio, habitualis potius, quam actualis, super potestate creandi judices, & magistratus, & gratiandi de delictis, & an jurisdictio sit feudalis vel allodialis, sub feudorum, ac Regalium sedibus aliqua insinuantur; Verum id hanc materiam non percudit, in qua de judice tertiam personam efformante, quæ in judicio necessaria est, agitur; Et de aliquibus ad materia in recusationis ex capite suspicionis habetur, disc. seg. agendo de Assessoro.

95 Atque in eodem, disc. sequ. habetur quando judex dicatur literatus, vel illiteratus; Et an judicare possit sine Assessore; Ac etiam quomodo votum Assessoris sequi debeat.

De Assessore, seu Consultore.

S V M M A R I V M

1. D E assessoro, & alio qui ad integratem judicij requiruntur.

*Card. de Luca de iudicis & judicialibus.*

2. Imperitus potest esse Index.
3. Quæ sint partes Index.
4. Tenetur tamen imperitus habere assessorum.
5. De vocabulis cum quibus assessor explicari solet.
6. Due sunt species assessorum necessariæ & voluntariæ.
7. Assessor necessarius, & fixus non potest recusari sine causa ut potest alter.
8. An possum quis est esse assessor vel Index in patria.
9. Datur etiam assessor, vel consultor Index perito, & quando dantur exempla.
10. An Index tenetur sequi votū seu consilium assessoris.
11. De eodem ut Index debeat proferre sententiam juxta votum, quod declaratur.
12. An in deputatione assessoris sequatur partium citatio, distinguatur.
13. De recusatione assessorum & Index in Curia etiam sine causa.
14. De eodem ut quo numer. 9. ut etiam Index literato detur assessor.
15. Quando non admittitur assessorum vel Index recusatio.
16. De recusatione peritorum in arte.
17. De cautela ut occurraur calumniis circa recusationem.
18. An sit necessaria citatio partium ad informandum assessorum.
19. An à voto assessoris licet appellare.
20. Quomodo in Curia tradantur vota.
21. An culpa in judicando sit Index, vel assessor.
22. Quis dicitur literatus, vel illiteratus.
23. De doctoratu necessario, ut dicitur literatus, & qualis species requiratur.
24. Index synodaliter dicitur idoneus.
25. Deputato uno consultore non deputatur alter.
26. De obligatione assessoris quod in infra certum tempus debeat proferre votum.

#### D I S C U R S U S IV.

Q UAMVIS essentialis partes judicij consistat in tribus jam enunciatis præcisè necessariis personis, Actoris, Rei, & Judicis, sine quibus, non datur judicium validum, ac perfectum. Adhuc tamen; vel ex Judicis qualitate; vel ex communii usu; Aliæ personæ, si non essentialis, saltim integrales ad judicium perfectum concludendum interveniunt, ut potest de judicij appendicis reputari solitus; Ut sunt Assessor, Notarius, & Procurator cuiuslibet partis, seu Actor vel Curator, aut alter defensor pro qualitate persone.

Quatenus itaque pertinet ad Assessorem, cum de jure non prohibetur legum imperitus magistratum gerere, atque judicis munus obtinere. *certi juris C. de judic. cum ibi notat. incongruum,* tamen sit, ut imperito non bene per tramites juris discernenti justum ab injusto, judicandi facultas tribuatur, cum in hoc judicis partes consistant, gerendi scilicet ministerium justitiae præcipientis, ut unicuique, quod suum est tribuatur, idq. sine legi peritia, non bene praeficari valeat.

Hinc proinde provisum est, ut idem judex in hoc sibi assumat adjutorem, cui legaliter, ac juridice, Assessoris vocabulum, seu nomen tribuitur, quamvis pro variis stylis alia diversa vocabula sibi tribuantur; Puta, Consultoris, vel Auditoris, vel Consiliarii, sive etiam Judicis, ex eo quod Magistratus, Gubernatoris, vel Correctoris, seu Praefidis nomen congruat; Vis etenim non est in verbis, vel in vocabulis, sed in substantia, ut scilicet imperitus Index, vel Magistratus, illam habitualem judicandi facultatem, quam officii ratione obtinet, ad exercitium non deducat, nisi cum judicio periti, quodque alias nulli-

ter procedat, etiam ex dispositione juris communis; Et ultrà quam, ferè ubique, præsertim verò in Regno Neapolitano, per leges particulares, ad omnes quæstiones dirimendas, ita expressè cautum est, sub decreto annullativo. statutum §. affessorum de rescript. in 6. Manic. dec. 5. num. fin. Royius super Pragm. 1. de official. num. 8.

Duæ autem sunt hujusmodi Assessorum species, una scilicet orum, qui necessarii sunt, ut putata in officium deputati ab eodem Principe, vel altero maiori Magistratu, ad quem iudicem quoque, seu principalem officialem deputare pertinet, ut exempli gratia est in urbe Assessor Ediliū, qui vulgo magistri viarum nuncupantur, ac ille, Agriculturæ, & alter Assessor Camerarii Riperam; Et in dicto Regno Neapolitano sunt Assessores trium iudicium, trium instantiarum fabricæ S. Petri; Ac etiam in eodem Regno sunt illi Assessores ordinarii, qui vulgo Judices appellantur, deputari soliti in illis civitatibus, vel locis, in quibus officium Gubernatoris alicui militi, seu alias legum imperito conferri solet; Et altera species est Assessoris particularis, ac voluntarii, qui per ipsum iudicem, seu Magistratum, in ejus peritum, & consiliariū adhibeatur.

Notabilis autem differentia est inter has species; Ubi enim de prima specie agitur, non intrat regula, quæ locum habet in altera specie, quod scilicet Assessor absque iustæ cause allegatione, ac iustificatione, suspectus allegari possit. ex collectis per Barbos. in c. postremo n. 14. de appell. Fab. de Ann. in add. ad singular. 489. Anna sen. eum iste quandam speciem habeat iudicis ordinarii deputati à Principe, vel à Barone, seu ab alio potestatem habente; Ac etiam, quia istius deputatio particularis in singulis causis necessaria non est; Et de cōsequenti non intrat quæstio, de qua infra, an scilicet partium citatio, in eius deputatione præcisè necessaria sit.

Et è converso, in illis locis, in quibus, vel ex dispositione, seu intentione iuris communis; vel ex legibus, aut stylis particularibus, prohibeantur cives in propria patria esse iudices, vel Assessores, Franch. & add. dec. 98. Foller. in const. Regni Iustitiae per provincias. Quod equidem nimium laudabile videtur, atque in omnibus Magistratis etiam majoribus generaliter demandari debet; Non quidem ut inhabiles censendi sint illi, quibus natura magnum concessit beneficium habendi natales in metropolitica civitate, in qua Principis. eiusq. Tribunalium residentia est, sed ut à concivium causis iudicandis abstineant, atq; in eis generaliter suspecti reputentur, attamen id non procedit in altera specie singularis, vel accidentialis Assessoris, qui per iudicem assumatur.

Datur tamen etiam in hac specie Assessoris particularis, eadem qualitas, quæ in prima specie Assessoris generalis concurrit, quod scilicet non sit voluntarius, sed necessarius, quia nempe ab eodem Principe, vel ab alio maiori Magistratu, ad quem pertinet, iudici non solum imperito, sed etiam perito, ac habili ad iudicandum per seipsum, iniungatur, ut alterius votum adhibere debet, iuxta Romanæ Curiae proxim committendi causam unius, qui in ea iudicare debet cum voto, vel de voto alterius; sive etiam alicui iudici ordinario id iniungitur, ut frequens praxis docet, persertim in Tribunal. A. C. quod eidem describitur, ut procedat cum voto, vel de voto suorum duorum locum tenentium civilium; sive eidem, vel alicui ex locum tenentibus, coram quo causa

introducta sit, & quandoque etiam instruta, ut procedat cum voto, vel de voto, Rotæ, sive aliquorum Prælatorum, qui sibi dentur, tanquam adiuncti, cum similibus. de hac specie deputationis apud Coccin. dec. 1701. & 1758. & in infra allegan. Romana primogenitura de Bubalo.

Istoque casu intrat quæstio, an iudex teneatur sequi consilium, seu votum; Et in qua aliqui procedere solent cum ea traditione Doctorum, quæ habetur in altera quæstione, generaliter acta, ac frequenter insinuata in plenaria materiis. Apud Coccin. dict. dec. 1701. & 1758. & de generali conclusione, an consilium sit sequendum Sanch. de matr. l. 1. disp. 3. 4. n. 2. 4. & seqq. Buratt. & add. dec. 29. n. 16. & habetur sub tit. de Regular. dict. 8. An scilicet ille, qui alterius consilium petere, ac adhibere tenetur, illud perneceesse sequi teneatur, vel potius petiisse sufficiat; In hoc autem, regula est negativa: Verum in Curia per ora practicorum quædam volitat distinctio, quæ à forma rescripti pendet, an scilicet iniungatur, ut procedi debeat, vel cum voto, ut primo casu, in quo dictio de adhibeatur, votum perneceesse sequendum sit, quamvis ipse iudex in legibus peritus in contraria sententia sit, ut in Rota frequens, & quotidiana praxis docet ex insinuatis, in relatione Curiae occasione agendi de Rotæ Auditorio; In altero autem casu, in quo accedit dictio G cum id voluntarium sit, atque possit iudex, neglecto voto diversimodè iudicare.

Pro diuturno autem cursu meæ forensis vitæ in Curia, nunquam occasio præbuit id formiter disputare, minusque ab aliis disputationum, ac iudicatum videre, cum, sive uno, sive altero modo, rescriptum conceptum sit, iudicia, præter voti formam proferri non soleant, præterquam in iis quæ virtualiter in eo insint, unde sententia lata per iudicem clarius explicit id, quod in voto quamvis necessario, inesse inferatur, ut quandoque in facti contingentia per Rotam decisum fuit occasio sententia latæ per A. C. procedentis de voto eiusdem Rotæ. ita alii relatis firmiter in Romana primogenitura de Bubalo 23. Ianuarii 1672. coram Emerix.

In casu itaque particularis Assessoris per ipsum judicem deputandi, quæstio cadit, an in hujusmodi deputatione, partium citatio requiratur, adeo ut actus alias nullus remaneat, cù omnibus inde sequuntur; Atque licet aliqua opinio-num varietas dignoscatur; Ea tamen vera, magisque recepta distinctio est, an agatur de jure illiterato, qui perneceesse Assessorem habere debet; Sive etia de literato, & habili, cui ad formam commissionis, vel ratione statuti, aut alterius legis, vel styli eadē necessitas incumbat, unde propterea sit Assessor necessarius, ac verè judicialis; Et tunc requiratur partium citatio, ne contingat deputati personam uni earum disfidet, dum in hujusmodi particularibus Assessoribus, etiam ex dispositione juris communis ubique servanda, multo verò magis in Curia, ex recepto styllo, recusatio fieri potest etiam sine causa allegatione, vel probatione ut supra fecit autem ubi de illo judice agatur, qui literatus, & habilis ad iudicandum per seipsum, absque alio assessore, vel consultore, in forma extrajudiciali, pro ejus majori satisfactione, ac instructione, illum voluntarii sibi assumat, cum tunc nulla requiratur citatio, dum non est actus qui percutiat iudicium; Ut frequens, & quotidiana praxis Curiae docet in plerisque Cardinalibus, ac Prælati, qui

qui licet sint habiles per se ipsos ad judicandum, attamen alicuius Advocati, vel Procuratoris, si-  
ve proprii Auditoris, vel alterius Praelati, confi-  
lium pro veritate, seu votum exquirunt, cum id  
extraneum sit ab actis judicialibus; Et consequē-  
ter nulla cadit citations necessitas, quinimō fre-  
quenter talis Consultor, vel Auditor, Partibus  
ignotus est. *Mantio dec. 5. num. 4. & sequ.*

<sup>14</sup> Ille siquidem dicitur Assessor, vel Consultor  
publicus, ac necessarius, qui in parte judicij adest,  
ut praxis Curiae docet in foro Capitolino, ubi no  
solum Senator, qui non sit juris professor, sed etiam primus, vel secundus Collateralis, vel Capitanus appellacionum, procedunt cum voto co  
sultoris, formiter deputati, qualis esse solet aliquis Praelatus, vel Advocatus; Et licet id depu  
tatione, quandoque non soleant partes citati; Attamen id nullius prajudicij reputatur, ob libe  
ram facultatem illum recusandi solo verbo, ad libitum voluntatis, etiam sine causa.

<sup>15</sup> Unde propterea, quando colligitans studiosè plures recusat, ut ita causam in longum protra  
hat, ut puta ultra tres; Sive quod: ut huic calum  
niæ occurratur, adhibeat cautela citandi ab ini  
tio partes ad dandam listam hincide confidentium, & dissidentium, ut ita eligatur unus ex eis,  
qui per utranque inter confidentes positus sit, si  
ve qui licet non existens inter confidentes non  
tamen sit inter dissidentes; Tunc, uno, vel altero  
cau, admitti non debet recusatio sine legitima  
causa, cum alias calumniam redoleat etiam ex  
dispositione, vel intentione juris communis;  
Hinc apud DD. receptum est, quod quamvis as  
sessor sit recusabilis absque causa; Attamen si re  
cusatio sit nimium generalis, puta de omnibus  
Doctoribus loci, in quo existat plures in numero  
competenti, unde propterea omnium suspicio,  
vel dissidentia sit inverisimilis, tunc reputetur  
calumniosa, quoties causa non sit talis, quæ in  
omnes influat; Puta quia sit cum Communitate  
loci, unde propterea omnes dici valeant interest  
si saltem ob interesse affectionis, cum simili  
bus ex deducit. *per Cyriac. contr. 373. in fin.*

<sup>16</sup> Idemque à simili procedit, ac fervatur in ele  
ctione peritorum in aliqua arte, vel professione,  
dum, scilicet speciem Assessoris, vel Consultoris  
habere videntur, in ea re, in qua Judex sit impe  
titus. *Cyriac ibidem.*

<sup>17</sup> Ac etiam st̄te stylo Curiae enunciato discursu  
preced. recusandi pro libito omnes Judices, etiā  
ordinarii; quando in locum Judicis ordinarii re  
cusati aliquem Praelatum deputare oportet, tunc  
ista caueta monendi partes ad dandum listam  
confidentium, & dissidentium adhiberi solet.

<sup>18</sup> Cum autem officium Assessoris sit consulere,  
& non judicare; Hinc plerique putant nullam  
subesse necessitatem citandi coram eo partem in  
terestatam ad ipsum informandum, suaque jura  
cum Advocatis, & Procuratoribus deducendū.  
Contrarium autem in praxi receptum est, ac prob  
abiliter quidem, quoties de Assessore publico  
ac judiciali, ut supra agatur, cum tunc spectato  
effectu, ille potius dicatur Judex, dum ille qui  
qui verè Judicis partes gerit, quandam ceremoniā  
authoritativam cum ejus sententia, vel decreto  
adhibere videtur, in omnibus autem judicat ad  
formam voti; Ideoque dicta conclusio intelligē  
da est de altera specie Assessoris, qui per Judicē  
literatum, ac idoneum, extra formā judicij, ut sup  
ra, in ejus ad iurorium, ac maiorem instru&io  
nem voluntariè assumatur. *Mantio decif. 5.*

*Card. de Luca de iudicis & judicialibus.*

Adeoque partes Iudicis de facto Assessor ge  
rere dicitur, quando est necessarius, ut aliquorū  
opinio sit, quod ab Assessoris voto appellari pos  
sit, etiam ante sententia prolationem; Id autē re  
ceptum non est, quoniam, quando imprudenter  
voti publicatio ante sententiam sequatur, occur  
ri potest juxta varios styllos, ut alter Consultor  
assumatur. *an à voto detur appellatio agitur in Sarfina  
ten. feudi 3. Iuli 1641. coram Pirovano, ubi negati  
vita non est sententia. Unde propterea in praxi ser  
vatur in Curia, quod hujusmodi vota particularia  
dentur clausa, & sigillata, non aperienda nisi in  
actu prolationis sententia, prævia citatione par  
ticulari ad eam, adeo ut citatio coram Assessore  
ad videndum profert vorum, non sufficiat; præ  
terquam ubi agatur de voto, quod tradatur per  
Rotam, dum illud non traditur, nisi præviis de  
cisionibus publicè editis, sive etiam per aliud  
Tribunal collegiatum, quod ejus resolutiones  
publicet, quamvis decisiones desuper non edan  
tur, ut (exempli gratia) est Tribunal Camerae, de  
cujus voto, quandoque præses viarum, vel alter  
particularis Magistratus, ex ejusdem Camere  
clericis procedere solet, ut in relatione Curiae a  
gendo de his Tribunal. advertitur *infra in 2. parte  
ageado in relat. Curie de Trib. Cam. & Capitol. & alii.**

Ea verò differentia est: inter Iudicem illitera  
tum sibi assumentem Assessorem de necessitate,  
vel etiam literatum, cui eadem incumbat neces  
sitas; & literatum, qui illum voluntariè ad suam  
satisfactionem assumat; Ut primo casu Iudex de  
aliqua culpa non teneatur, sed tota sit Assessoris;  
Secus autem in altero. *Dec. consil. 8. 10. Ant de Nigr.  
in cap. Regni 43. & 147.*

Quando verè Iudex literatus, vel illiteratus di  
ci debeat; hodie ex excepto usu, ob inconvenien  
tia, quæ alias resultarent, pendet à qualitate do  
ctoratus in utroq; jure civili, & can. vel etiam in  
uno eorum pro causa qualitate; si enim agatur de  
Iudice temporali, seu laico, qui temporalem, seu  
prophanam causam sit judicaturus, tunc sufficit  
doctoratus in jure civili; E converso autem si de  
Iudice ecclesiastico, sufficit doctoratus in De  
cretis, hoc est in jure can. Bene verum quod raro  
& forte unquam dignoscitur hæc differentia in  
aliquis Studiis Italiæ, in quibus doctoratus re  
daetus videtur ad quandam ceremoniam; Ista ve  
rò differentia practicari solet in Hispania, ubi cù  
magna solennitate, ac rigore iste gradus confe  
tur, cù hac distinctione, unde propterea ad hunc  
& similes effectus, licentia ibi successit loco  
illius doctoratus, quem in Italia habemus. *in an  
not. ad S.C. T. dif. 31.*

Et quamvis ob facilitatem affequendi istum  
gradum, frequēs praxis doceat adeste Doctores,  
qui legum, & canonum omnino ignorari sint, imo  
neque linguam Latinam bene calleant; Adeo ut  
plures practicaverim, quod magis habiles, ac i  
donei ad judicandum sint illi Iudices, qui ob ca  
tentiam hujus gradus illiterati de jure censentur,  
quam sint illi Doctores, qui eis deputantur in  
Assessores, vel Consultores; Attamen, ut regula  
generalis desuper statuatur, id metiendum est ex  
frequentiori contingencia, ad evitanda inconven  
ientia, quæ resultarent ab inquisitione singula  
ris literaturæ; Ideoq; ex hac distinctione gradus  
decisio pendit, cum pro gradu sit et præsumptio;  
Dummodo tamen à publica Universitate, vel  
Collegio, non autem ex singulari privilegio sit  
collatus. *ad C. T. ubi supra, & substit. de præminen  
disc. 35. ubi de gradu doctoratus.*

Verum sufficere, ut quis sit deputatus judex synodalis firmavit quandoque Rota, cum tunc presumptio sit pro idoneitate. *Mantie. decis. 5. in fine.*

Postquam vero unus est deputatus in Aſſorem necessarium non potest judex alium sibi assumere, & præsertim si fuerit electus unus ex Auditoribus Rotæ, atque alias sententia est nulla, ut quandoque Rota censuit. *apud Coccin. decis. 1758.*

Et de obligatione Aſſessoris expediendi causam inſtrā certum tempus ad formam Statutorum Urbis, ac etiam Constitutionum Apostolicarum ſuper reformatione Tribunalium Urbis agitur in eisdem mox allegatis decisionibus. *apud Coccin. ubi ſupra.*

### De Notario, sive Actuario, vel Scriba.

#### S V M M A R I V M

1. **N**otarius, vel actuaris dicitur persona necessaria ad integratatem in iudicis ad effectum probationis actorum.
2. De diversis Notariis, vel confidientium acta vocalibus.
3. De juvenibus, vel substitutis Notariis, seu Scribis.
4. Iſti confidunt acta nomine Notarii eorum Domini, etiam ipſi non ſint Notarii.
5. & 6. Notarii vel actuarii, an ſint officiales, atque officialem nomine veſtiant ad plures effectus.
7. Notarius an poſit recufari ſuſpetus sine cauſe alegatore, & probatione.
8. Quid ſervetur in Curia, quando Notarius allegatur ſuſpetus.
9. Qua fides ei preſtetur circa decretal, & alia acta.
10. De eodem præſertim circa eorum deputationem, an eorum aſſertionem deferatur.
11. An ſubjacent sindicatus.
12. An poſſint eſſe in propria patria.
13. Laici, an poſſint eſſe Notarii fori ecclesiastici, & quatenus ſint an obtineant exemptionem fori, & quid e converso, an clerici ſint Notarii in cauſis fori ſeculariis.
14. An clericus qui ſit Notarius fori laicalis amittat penſiones, & beneficia.
15. An queſita per clericum ex Notariatus exercitio ſubjaceant ſpolio.
16. De eodem de quo num. 9. & 10. circa facultates Notarii.
17. Tenetur Notarius de minus idoneis ab eo ſuſpetis.
18. Item tenetur de facto juvēnum, & ſubstitutorum.
19. Ad quid teneatur circa amissionem ſcripturarum apud eum acta productorum.

#### D I S C . V .

**E**x communi recepto uſu, ultra tres ſubſtantiales personas, Actoris, Rei, & Iudicis; De iudicii appenditiis reputatur quoque Notarius, ſive Actuaris, qui acta & processum confiat, magisque neceſſarius eſt Notarius, quam ſit Aſſessor, dum iſte deputatur ſolum in caſu, quo Judex ſit illiteratus, Notarius autem, vel Actuaris, in omni iudicio adhibetur, etiam ubi Judex ſit literatus, cum dicatur iudicis oculus, ſive instrumentum neceſſarium, unde Juristi illum iudicis oculum appellant; Quamvis aliquando Notarius ſit oculus clauſus, vel iudicem potius

cæxutiare faciat, atque velamen ante ejus oculos apponere tollet, vel pulverem injicere.

Diverſa verò ſunt hujusmodi Notariorum nomina, ſeu vocabula; Alicubi enim vocantur Notarii, ut præſertim praxis docet in Urbe, ubi illi Notarii, qui confidunt acta judicialia, ſunt Notarii confidientes instrumenta, aliaque acta conventionalia, habentes officium in titulum, vel in administrationem, juxta illas diverſas Notariorum species pro diverſitate Tribunalium, quæ recenſentur in relatione Curiae de singulis Tribunalibus agendo, *infra in relatione Curia diſc. ubi de Notariis.* Ac etiam aliqua species inſinuantur in ſede Regalium, occaſione agendi de officiis venalibus. *ſub tit. de Regal. diſc. 7. & ſeqq.*

Alicubi vero dicuntur Actuarii, ſeu Magistri aſtorum, ut praxis docet in Regno Neapolitano, ubi confidientes acta judicialia, discreti ſunt à Notariis confidientibus instrumenta, ſuper contratti, & conventionibus; Ideoque ſub hoc diverso nomine appellantur; Atque in ipa Civitate Regia, ſeu Tribunalium residentiali, iſti Actuarii eodem modo quo in Urbe, hoc munus obtinent in officium venale; In inferioribus autem Curis, & Tribunalibus Regni, id obtinent in administrationem, vel jure conductionis ad annum, vel ad alia statuta tempora, ipſo jure reſidente penes Regem, vel penes Barones, ſive penes eos quibus illius loci cancellaria ſub nomine banchæ explicari ſolitum, in officium comperat; Et al. cubi dicuntur Cancellarii, ut frequentius contingit in Curis Episcopalibus; Ac etiam in ſtatu ecclesiastico, in quo exercentes cancellarii jure affictus, ſeu appaltus singulis annis, vel aliis ſtatutis temporibus id obtinent; Et alicubi dicuntur ſecretarii, ut aliquorum Episcopatum praxis docet, quod tam in nomine, quam in modo, totum pendeat à ſtylis, & conſuetudinibus, pro regionum, ſeu principiū diversitate.

Adeſt etiam talis species Actitantium, qui in Urbe, aliisque Status ecclesiastici partibus, ſubstituti, vel juvenes dicuntur; In dicto autem Regno Neapolitano, præſertim in magnis Tribunalibus, tam ecclesiasticis, quam ſecularibus Civitatis, vel in regiis audientiis, aliisque Tribunalibus collegialibus, ſive singularibus, in quibus multa peraguntur negotia, vocantur Scribæ, id eſt non Notarii in officium, vel in administrationem, ſed ipsorum Notariorum adjutores, & ſubstituti, vel famuli in illius muneri exercitio. Et ſub quo Scribarum vocabulo in Hispania ipſi Notarii in capite, ſeu Actuarii, pro ditiorum quoque diverſitate explicari ſolent; Eo modo quo in dicta Civitate Neapolis explicantur illi Actuarii, ſeu Cancellarii, qui peragunt acta illius supremi Tribunalis, quod Collaterale Consilium dicitur, & conſtituitur ex Prorege, & Regentibus Regiam Cancelleriam, quoniam Scribæ mandatis appellantur, plures alios inferiores ſcribas, vel ſubstitutos habentes pro adjutorio in exercitio, qui tamen non ſunt officiales.

Diſtique ſubstituti, vel adjutores, in Curia ſe rogarē ſolent nomine eorum domini, ac Notarii principalis, quamvis ipſi non ſint Notarii, ut in fieri agendo de fide instrumentorum adverti-<sup>4</sup>tur addetur agendo de Notariis. *infra diſc. 26. & in relatione Curia agendo de Notariis.*

Quæſtio enim alias involuta erat, hodie verò eſt plana; An hujusmodi Notarii, vel Actuarii dicant-